Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sacer.

Iste abimelech filius ierobaal de concubina in sichem sortitur regnum super sicimitas. lxx. fratres suos interfecit superstite iohatan qui parabola soluta et ficus et rhamno et vite sicimitis proposuit eandem in sichem cum principe suo gaal per zebul destruxit et fractione mole per manum mulieris in oppido thebe periit.

abimelech.

thola.

Jayr.

Iste Jepthe a filiis ut spurius abiectus in tob commorans postea super eos princeps factus superatis ammonitis voto alligatus filiam post planctum virginitatis. xl. dieb; immolavit. xlii. de effraim per seth boleth et sebboleth diiudicans. ab vada iordanis trucidavit.

Ozi.

Iste samson natus manue cui nativitas eius per angelum predicta nazareus. uxore ducta in thamnatha. parabola de leone convivis proposita. et per dolum mulieri soluta cum segetes hostium ligatis vulpib; incendisset et mille viros mandibula asini aqua dante in ramoth lesbi interfecisset. et portas gaze in montem tulisset tandem dolo dalidæ rasis crinibus a philisteis excecatus mole depittatus. in templo dagon renascentibus capillis plures stravit mortuus quam vivus.

Jepthe

Esebon.

Ist elchana de ysvar per chore descendens. et duas habuit uxores fenennam fecundam et annam sterilem. Qui votum faciens de masculo si deus daret quem faceret nazareum peperit samuelem quem obtulit heli in sylo.

hely

helchana.

Fenenna

Anna

uxores

Ahialon.

Azaria.

Abdon.

Ophni

Samson

Iste samuel iudex et propheta cum lubassi; filios israel per agnum immolatum in lapide adiutorii in terminis posito ad petitionem israel saulem sibi a domino missum in regem iunxit. tribus signis confirmans unctionem. preceptum ei dans. quod quia postea transgressus est reprobatur a domino in tantum angustiis est positus. ut samuelem mortuum magica arte suscitaret per phitonissam hic etiam postea david regem iunxit.

Meraioth

Iste heli sacerdos et iudex in arguendis filiis tepidus et ideo a domino reprobatur cum samuelem sibi oblatum nutrisset. audita strage filiorum et archa a philisteis capta. de sella cadens fractis cervicibus expiravit.

hely

phinees

Booth.

Ablato Ozi translatum est sacerdotium de eleazar ad hely qui fuit de ytamar. et privati sunt sacerdotio hi .iiii. exteriores.

Amarias

Obeth.

achitob

Samuel.

Hec figura valet ad intelligendum quod dicitur in numeris de dispositione tribuum et levitarum per quatuor climata circa tabernaculum. plus etiam valet ad intelligendum difficile transitum ad amantium iosue ubi ostenditur qui levite quas civitates in quibus tribubus sorte pro decimis habitaculorum acceperunt.



Iste elimelech tempore famis cum uxore sua noemi de bethlehem peregrinatus est in moab. ibi acceptis uxoribus filiis suis scilicet ruth et orpha et mortuis filiis et patre rediit noemi cum ruth moabitide de qua booz genuit obeth suscitavit semen propinquo defuncto.

coniuges

Elimelech.

Noemi

fra tres

Maalon.

Chelion.

uxores Booz.

Ruth

Orpha.

Abiel.

Iste abiel per multas successiones quas superfluum iudicavimus hic ponere descendit de beniamin de cuius filio cys natus est saul rex. cuius cys frater fuit ner. In paralipomenon tamen legitur quod fuit pater eius.

Saul diu quesitis asinabus patris sui a samuele quem consulebat in regno suo ramatha. lenticula olei unctus tria signa in sepulcro rachel. in querceu thabor. in cuneo prophetarum inter quos psallebat accipiens in masphat iterum sortibus temptatis electus est. Qui divisis in frusta bobus cum iabitas a naas liberasset. signum ire dei in tonitruo samuele invocante audivit. qui non expectato. vii. dieb; samuele sacrificans. et ideo ab eo redargutus fuit sine ense et lancea preceptante ionatha cum armigero philisteos territos stravit et ionathan qui favum contra maledictum comedit. vix a se eripi sustinuit. quem deus quia agag amalechite pepercerat licet eum samuel lugeret. electo david reprobavit.

Cys.

Ner.